

nam: sed quare & quomodo? *Vita laboriosa, non acerba. Et post hanc damnatio sempiterna.*
 2. *Proposio.* Christiani mei! si mentem fan-
 ti Prædilectum necdum penetratis, agite hæc tria
 puncta enucleatius perpendamus, non alium
 certe in finem, quam ut immoderatum terræ
 amorem exerceat, & periculosissimum avaritiæ
 scelus toto corde avertatis discamus, præsertim
 illam, quæ ulque ad injustitias, fraudes, &
 damnificationes proximi exprociat, vitium, quod
 vix aliud inferno est proximum. Attende-
 dite: Favete.

§. I.

3. *Confirmatio.* Væ avaro in vita! quare? quia
 vitam laboriosam, & propter divitiis, quæ sine
 mille radiis ac fastidiis nec colliguntur, nec
 conservantur, profus infelicem ducit. Sacri
 Oratores ad singularem sermonis energiam so-
 lent nonnunquam rebus etiam inanimatis lo-
 qualem affigere, quæ figura est a Rhetorica
 candidatis vocata *Prosopopæia*: sic apud Pro-
 phetam Hæitæa mare loquax factum est, impro-
 perans Sidoniis mercatoribus suam avaritiam:
Erahsce Sidon, aie mare. (Isa. 23.) Quid vult
 dicere mare? accedamus ad litus Oceani:
 ecce! quam inquietum sit aqueum elementum!
 continuo agitur fluctibus, turbatur ventis,
 percutitur navigiis, ebullit et fundo, fluit &
 refluit. Et tamen irrequietum hoc mare non
 sine causa exprobratione insultat avaro: *Erahsce*
 ! quasi diceret, tu admiraris meam mobili-
 tatem & inconstantiam, cum tamen diu noctu-
 que longe pluribus curis, ac solitudinibus com-
 moveraris, quam ego fluctibus, & majorem in
 animo amaritudinem nutrias, quam ego immen-
 so meo gremio complectar. Quam sunt autem
 isti fluctus? in quo consistit ista amaritudo?
 consistit in eo quod avarus sine vigilis, sine
 dormiat, sine comedat, sine bibat, sine surgat,
 sine decumbat, nunquam sine anxietate vivat,
 semper secum cogitans: forsitan fures mihi
 insidiantur, forsitan latrones me hæc nocte expo-
 siliant, forsitan lite cadam, forsitan ensili non
 redibunt, forsitan pecora ementur, forsitan
 agris grandi vento vastabuntur, forsitan amici in-
 opportunitate aliquid a me extorquebunt, forsitan
 bellum ingruet, forsitan moriar antequam illa
 summa pecuniaria possit, & quæ sunt familia:
 Expertus est hos animi fluctus Sigismundus Hun-
 garicus: *(Solinus l. 3. in Alpibus.)* ille cum ali-
 quando quadraginta aureorum millia ex Hun-
 garia accepisset, dormire quietus non potuit:
 Surrexit ergo & militibus pecuniam omnem do-
 no distribuit, lassus quod dein securus quiete
 potius esset. Pauca concludit omnia S. Chry-
 sostomus Hom. 39. in Matth. *Sicut mare sine fluctibus nunquam consistitur, ita avarus nunquam sine sollicitudine, tremore, curis, & periculis invenitur.*
 Quanta hæc infelicitas! sed & aliam adverto?

4. In mari hæc inde prominent altissime rupes
 ac scopuli, de quibus illud observandum
 venit: *Quod licet extrinsecus ex omni parte im-*

mensa fluctuum colluvie alluantur, intus tamen
 sicci & aridi sint. Eadem est indoles avaro-
 rum: ad extra sedent in mediis divitiis, ha-
 bent agros, campos, sylvas, flumina, piscinas,
 plena horrea, stabula, pecudes, & annuos red-
 ditus ingentes, & tamen intus in animo efusci
 & jejuni putant se esse pauperimos. Hujus
 farinae erat Rex Achab: Eo ipso, quia Rex
 Samarie erat, inculcenter patet, quod nulla re
 indigeret, & omnia assuetanter possederet, ni-
 hilominus a Naboth subito furo petiit: *Da mihi
 vineam tuam. (3. Reg. 21.)* Sed quoniam in usu, mi-
 Rex, affectus hanc vineam: *non faciam mihi hor-
 rum olivarum.* Deum immortalem! quid hoc pa-
 radoxi? quidquid ferarum currit in terris, quid-
 quid volucrum volat in aere, quidquid piscium
 natat in aquis, ipsius culinx sunt ad obsequia,
 & ille de leguminibus & brassicis sollicitum
 quasi vel parvis olivis indigeret, qui magnis di-
 vitibus abundabat, exclamat hic Ulyssipontensis ap-
 Mich. a Galvo ser. 20. §. 3. no. 3. Ejusmodi Euc-
 liones est avaritia quasi infensibilis repertiunt
 hodie tam haud pauci. Horum et numero filii,
 de quo Niderus in Formicæ l. 3. c. 5. memo-
 rat, quod in civitate Constantis in morbum
 incidit, ut pecunie suæ, fatis abundantem col-
 lecta parceret, in publicum Xenodochium se
 deportari curavit: ibi aliquando iugulam, quod
 forberet, sibi præparari petiit, illicque clamau-
 rum intumescit, tanquam ab auro terrene a-
 nimo singulari confortamento bibiturus: ver-
 rum ecce! dum hoc incautus egit, ex impro-
 vido auro cum deglutit, & suffocatus expiravit.
 Horum et numero etiam fuit, cuius P. Abraham
 a S. Clara p. 2. Jade, meminit: triginta annis
 nullam sibi vestem noviter consecravit, sed atritas
 in nudinis coemit: in prætium paucis
 plumas ex anceribus deciduas prolecto, & poma
 sylvestria pro cibo colligere solebat: in ultima
 agri tudine contabescere, quam medicina a Me-
 dico præscriptam aliquot obolis comere maluit:
 quæ viginti militum florenorum possessor
 Horum et farina denus fuit ille, quem l. c. quæ-
 ritur ultra septuaginta milia transferebat, tamen
 panis mucidi frusta a pueris collabris, & men-
 diaculis levi pretio comparavit, tum autema
 celli fores rejecta a lanionibus, & semela a ca-
 nibus ossa collegit, & aque domi sibi offam ex
 illis coxit. Quid posset stupidius fingi? nonne
 miseri isti, qui non tam divitiis possident, quam
 ab eis possidentur, incurunt censuram Seneca
 ap. Corn. a Lap. in Gen. 14. v. 23. *Divitiis su-
 bo in imperio sunt, consequenter nimis quam ve-
 ra est prima propositio pars, vix avaris in
 vita, quæ valde est laboriosa & miserabilis.*

§. II. Infallix post mortem.

5. Væ avaro in morte! Quare? quia post
 vitam non nisi rerum temporalium curis labo-
 riosè impensam sequitur mors acerba, anxia,
 angustis plena, & infelix. Apud Patientem
 speculum Job mira extat sententia: *Dives cum
 dormierit, nihil secum auferet, aperiet oculos suos,
 & nihil*

Et nihil inveniet. (Job. 27.) Quod dives e suis
 divitiis nihil secum in æternitatem ablaturus sit,
 intellectu facile est; quia bona temporalia, quæ
 corrumpunt, remaneant mundo, remaneant hæredi-
 bus, remaneant raptores: verum quid infirma-
 ri specialiter vult per ultima verba? Aperiet
 oculos suos, & nihil inveniet? Explico per si-
 militudinem: ponamus itinerantem, qui ex Ger-
 mania in Italiam transiturus est: sumit secum
 vestes, arma, generolum equum, aliaque requi-
 sita, præcipue autem marsupium nostra moneta
 uti cruciferis, basilis, denariis, florenis, aliis-
 que afferre referunt, consequenter sperat suc-
 cessum itineris quam optimum: verum ecce! cum
 Italia confinis attingit, videt & audit, monetam
 Germanicam nullius amplius esse valere: petit
 in hospitio esum & potum, & nec mica nec gut-
 tula pro nummis, quos protrahit, illi porrigit:
 miratur, lamentatur, & non obstante nu-
 merofo peculo victus inopiam patitur: sed di-
 citur illi, mi Bone, culpa est penes te ipsum,
 debuisti tibi providere de moneta, quæ per Ita-
 liam in usu est. Jam nota: Dives in morte a-
 periet oculos, & nihil inveniet; quamquam e-
 nim pro colligendis bonis temporalibus perditus
 & pernox laboravit, & pro colligendis divitiis
 ætium, frigus, famem, sitim, curas, sollicitudines,
 persecutiones, & arumnae plures, quam
 sancti pro celo, sustulerunt, tamen in condit-
 bus æternitatis hæc moneta nil valet: excutiet
 tunc quidem cum timore & tremore suam con-
 scientiam, sed nihil inveniet cuncto dignum; quia
 vestis gloria non pro euro & argento, sed ut
 ait Augustinus, in Pl. 93. pro crucibus, adver-
 sitatibus, & operibus meritorius venalis est. Quis
 tunc tanto stupor, quæ confusio erit miseri mo-
 rientis? profecto tanta, ut haud procul abstrusus
 sit a desperatione: exemplum habemus in misero
 filio, de quo S. Bernardus Senensis, ser. 14. a. l.
 c. 3. cum jam ultimo agone luctaretur, & spem
 salutis sere omnem sibi præcipiam cerneret, jus-
 sit aurea sua & argentea vasa, item crumenas
 & cistas afferri, quas primo trilli voce allocu-
 tus est, deinde incondito clamore rogavit: O
 thesauri mei succurrite mihi, eo moritur, suc-
 currite sic horrendum ejulans arripuit aureum
 calicem, quem hians & ammordens, animum
 efflavit. Intelligis jam verba illa: *Dives aperiet
 in morte oculos, & nihil inveniet? Audi plura!*
 6. Perfidus Absalon ambitiose regni rebellem
 consistit exercitum, quo Patri suo Davidi coro-
 nam, & vitam eripere cogitavit, (1. Reg. 18.)
 Quid David? opposuit exercitum exercitui, il-
 ludit decretoria dies, concurrunt in prælium!
 Ergone imudens filius ausus est manum con-
 ferre cum Genitore? omnino ausus est. Cogita-
 vit secum ipso, vel ero victor, vel victus in
 prælio? si victor, evax! recipio coronam & reg-
 num pro premio! si victus, confido in meo
 malo, generoso animall, quod velocissima fuga,
 omni me periculo eripiet. Quid erenit? Abso-
 lutum in prælio fuit, cum celeri fuga subus quer-
 que pertransibat, Duo sic disponente, capillis

e ramo arboris implexus hæsit, vidique mu-
 lum, in quo spem omnem collocarat, abire &
 elabi: sic pendens deinde a Joabo Davidis Bel-
 liduce, qui fugientem infecutus fuerat, tribus
 lanceis confosus perit. Avarus divitiis suis
 spem omnem felicitatis inadificat: scit, quod
 pecunia, mundi Reginz, obediunt omnia; i-
 deo sepe secum cogitat: *Evax! per hos thesau-
 ros possum opprimere inimicum!* per hos the-
 sauros possum evincere iniquum litem! per hos
 thesauros possum me, meosque vivere ad sub-
 limem dignitatem! per hos thesauros possum
 mihi comparare joviales & beatos dies! Quid
 autem fit? subito inquit decretoria mortis dies,
 in qua de tota æternitate pugnamus et!, con-
 cidunt simul & semel res & ipes omnes, diviti-
 arum malus fugaciter transiit, & miser agro-
 tus videt se desolatum, atque iracunda Divi-
 vine lanceis sine auxilio expositum. *Sicut Absalon
 capillis in arbore suspensus est, multo justior te;*
 ait Doctissimus Granatenis, in loc. com-
 muni. *ita avarus in fine vite a suis possessio-
 nibus desertur, ipso misere reo cupiditate suis perente.*
 O quantum tunc infelix homo obstupescet &
 trepidabit, cum in hoc rerum statu videbit, se
 derelinqui, & divitiis, in quibus omne solati-
 um & confidentiam posuerat, transire, & evan-
 nescere! O quantis desiderijs optabit, pecunias
 non ad luxum & luxuriam, sed ad Dei glo-
 riam & pauperum auxilium impendisse. Sic
 pendens, ut ita dicam, inter celum & infer-
 num non sine mille suspirijs, & angustijs ver-
 tet oculos in omnem partem, quærens aliquid
 meritorium, quod irato Judici exhibere possit,
 & nihil inveniet: scito enim montes, qui in
 suis visceribus aurum produunt, ad fruges, &
 herbas progerminandas steriles sunt: ita nemo
 minus, quam qui aurum cordius amat, bono-
 rum operum fructus profert.

§. III. Et infallix post mortem.

7. Væ avaro post mortem! quare? quia post
 hanc sequitur damnatio sempiterna! Et hæc qui-
 dem damnationis sententia in primis ferit ipsas
 divitiis: hæc divitiis? ita est! eo ipso enim,
 quod fuerit materia infulsibile & impietatis, Deus
 execratur illas, nec ullam benedictionem Divi-
 nam illis confert: unde ordinarie fit, quod non
 prosperentur, sed intra breve temporis spatium
 destruantur, dissipentur, & ab hæredibus dilapi-
 dentur. Sic narratur de tenacissimo quodam Eu-
 clione, quod pecunias in pragredam ollam col-
 legerit, & in Ecclesia continuo Deum rogavit,
 ut non permitteret se mori, donec olla nummis
 esset impleta, quod etiam impetravit. Verum il-
 lo emortuo ejus successor, qui viduum duxerat,
 de collectis pecuniis lastos ac latos dies vivebat,
 & in eadem Ecclesia Deum precabatur, ut non
 moreretur, donec olla esset evacuata. Ecce! qui-
 bus decoloribus sua bona relinquit avarus corra-
 rit! vere Spiritus sanctus de illo: *Thestaurizat,*
et ignorat, cui congregabit ea. (1. Psalm. 38.)

8. Verum longe terribilior est damnationis sententia, qua ipsum ferit avarum. Mercurius, seu argentum vivum naturali inclinatione auro & argento se sociat, tamque fortiter ea apprehendit, ut non nisi vehementissimo igne separari valeat, quod cum fit, ipse, nimirum mercurius, in fumum abit. (Rubr. con. 4. in Dom. 16. post Pent.) Anima avari insatius mercurius auro & argento agnoscitur, quod si per mortem divellatur, anima in ignem abijt, ignem videlicet infernalem, de quo Apostolos dudum pronuntiavit, (Ephes. 6.) Scitote Insuper, quod omnis avarus non habet partem in regno Christi.

9. Percurramus tam veteris, quam novi testamenti historias, & inveniemus vix esse peccatorum genus, quod tam infalibiter damnatur, quam avaros. In veteri testamento (Gen. 4.) Cain Domino Deo, qui abunde, & liberaliter animi ei suppeditavit, de deterioribus terra frugibus oblationem fecit. Achan in oblatione & demolitione urbis Jerichuntine (Josue 7.) contra Dei preceptum ex spoliis pallium coccineum, & regulam argenteam ex avaritia furatus est. Achab & Jezabel (3. Reg. 11.) subditum Naboth sua vinea, & dein vita infusissime spoliarunt. Dalila (Judic. 16.) meribus Philistorum corrupta virum suam Samonem hostibus tradidit. Giezi famulus Elisei pro curacione leprosi (4. Reg. 5.) Nieman vestes aliaque remuneraciones turpissima simonia accepit. In novo Testamento Ananias & Saphyra, (Act. 5.) quia de pretio divenditi agri defraudarunt, a S. Petro maledictionis fulmine percussii sunt. Judas avarorum omnium corripit (Matth. 26. Actor. 1.) proditorum Redemptoris pro pretio pascuas. Simon putans donum Dei & Spiritum sanctum, Apollitis datum posse pecunia vendi, audire debuit fulmen illi: Pecunia tua sic recum in perditionem. (Matth. 21.) Custodes Domini sepulchri pecunias corrupti, ausi sunt mentiri, & pejerare dicentes, Christi Domini corpus furtive a discipulis surreptum esse. Tandem dicitur Episcopus (Luc. 16.) abdomen suum operare fame & signis inopem Lazarium fame & cerum omnium indigentia perire permisit. Et isti omnes ubi modo sunt? Ah! noli querere, de his omnibus enunciari valet, quod scriptura de Epulone mortuus est divite, & sepultus in inferno. Vis recentiora hujus rei exempla? Dabo unum vel alterum: Tempore Imperatoris Justiniani (Baron. T. 7. ann. 533. no. 52.) vir quidam valde pecuniosus Constantinopoli in morbum incidit: cum ergo mortem vehementer expavesceret, mox in pauperes triginta auri libras distribuit, nec fine grandi emolumento, quippe spe citius valetudinem recuperavit. Sic restitutus indicibile est quantum expentae pecunie poenitudine fuerit correptus: diu noscique anxius ac fere desperans, lactum suavi amicum curam, aque diviti aperuit. Ille, repente, ajebat, impiam cogitationem, & nec te poeniteat elemosynae, ne Deus graviter offensus te in pristinam agilitudinem,

ipsumque mortem incidere permittat. Sed frustra erat avaro consilium, pergebat lamentari & ejulare de pecunia factura. Age, ajebat amicum, quandoquidem salutaris non admittis, fugeram tibi alia: Veni necum in templum, & proficere tibi coram Deo, dicens, Domine, non ego sed iste dedit elemosynam, siquae tibi sita auri libras tibi restituum. Placet avaro consilium, pergit ad templum, pronuntiat ea verba, aurum ab amico recipit, & ecce! cum pedem e templo refert, subitaneo malo corripitur, & tanta celeritate mortuus concidit, ut nec salutarium Redemptoris Nomen invocare valuerit, non sine horrore omnium praesentium, laudantium & timentium iusta Dei judicium. O Bone Deus! quae poena jam erit miseris hominibus in inferno? ah! sine dubio, poena illa eadem, cujus meminit Calvarius, lib. 11. c. 39. lo civitate Metensi motuus est avarus, qui in ultimo agone rogavit uxorem, ut cruceam denariis resertam iuxta se in sepulchro collocaret. Fecit uxor, quod iuxta est, ita ut dubites magisne stulta fuerit petitio, an petitionis executio: verum non adco lateat id agere potius foemina, ut non in vulgus periret. Quapropter nonnulli cum iustitate dicit agnoscunt sepulchrum, & ecce! duos ibi conspiciunt terribiles fosones, unum in ore crumena, alterum in aperto cadaveris pedere residendum: primas extrahebat denarios e crumena, alio er excipiens extractos cordi defuncti continuo imprimebat, ac si diceat: Nos pecunia latibimus cor tuum insatiabile &c.

10. Epilogi. Vides, mi Christiane, quanta & quam terribilis sit in inferno poena avaritiae? Michridates Rex, (Plinius nat. hist. l. 33. cap. 3.) cum Aquilium Ducem, hominem super omnes mortales avaritiae deditum, bello lapsurum, iussit aurum liquefactum ori eius infundere, dicens: Aurum iussisti, aurum bibes! Idem est poena avarorum in inferno: aurum sibi erunt, aurum potantur. Quare, mi Christiane, quam clara tibi est avaritiae salus, tam foetida ab hoc damnabili vitio alienus esse stude: non illud in corde tuo tantas radices agat, ut amore liciti temporalis, quantumcumque illud sit, injure, fraudulenter, aut male conscientie cum praesidio proximi distuleris frudas. Cogita frequenter & quotidie, quam fragilis, quam labilis, quam instabilis, quam transitoria ac brevis sit praesentia: cum quadraginta, quinquaginta, aut sexaginta annos vixeris, in morte putabis te vix momento vixisse, & propter hoc momentum an opere pretium est, ut Deo, saluti, ac toti aternitati renuncies? Quareis fortasse pro coronide, quomodo erga bona terrena te habere debeat? Percipe quid facer Psalmista de homine iusto asseveret: Erat tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum. (Psal. 1.) Quid vult dicere? Arbor secus flumen plantata propter hanc ipsam humiditatem ex humine derivatam abunde succo torret; non tamen plus succo attrahit, quam ad parturiendos sui generis fructus habet

beat necessarium, reliqua indulget exteris fructibus aut herbis: Patem in modum opus est mi Bone, ut ex bonis temporalibus hinc plus tibi arroses, quam ad faciendos honorum operum fructus tibi conducant, ait S. Chrylogos, ferm. 122. cetera, quae superflua tibi sunt, indulge aliis herbis, id est pauperibus, quorum indigentia ut succurras, tua est & quidem gratia obligatio. Id si facias, & hac in re, quae maximi est momenti, secure procedas, non habebis, quod de terribili poena, quam triplici puncto explicavi, metuas, sed salutem tuam in tuto collocabis. Amen.

Dominica II. post Pentecosten.

CONCEPTUS CIII.

De virtutibus avaritiae oppositis, iustitia, liberalitate, & contemptu rerum temporalium.

Exi cito in plateas & vicos civitatis, & pauperes, & debiles ac claudos, & caecos introduce. Luc. 14.

Avaritia & divitiae sunt res valde periculosae.

1. Geminas observationes, hodierni sermonis scopo peraccommodas, habet ex Evangelio praemittere. I. In primis observare, Christiani mei, quam periculosa res sint divitiae, cum hodierni convivit amore vite compta, amore bono probadorum, amore dotis una cum uxore accepta, aliarumque rerum, caelesti cum virio renunciant. Verum quidem est, (Macthi. 13. secreti. 23. & Luc. 12.) divitiae ex se male non sunt, sed ex abusu possidentium male sunt, similes aquis Egypti, quae enim tempore, quo inter alias Egypti plagas Dominus Deus omnem fluviorum & fontium squam in sanguinem convertit, multum interfuit, irrigata in Aegyptum ad fontem accederet, nam ille mundissimum aquam, ille nonnulli tabidum cruorem reportavit. Patem in modum plurimum intererit, in cuius manu divitiae vertentur; in manu impij tunc sanguis venis pauperum expressis, in manu iusti tunc aqua mundissima, & abluendis anime foribus idonea. Job cessavit divitiae in gloria meritis, dum fuit locustorum, peloni cessavit in damnationis augmentum, dum illis luxum abusus egeni Lazaro non succurrit. Nihilominus, aut divitiae ex se male non sunt, tamen ad malum vehementer animus possidentis inclinat; hinc Divitiae oraculo (Luc. 8.) comparatur spinis: sicut enim spinis, ut Dida-cus Stella (hic) ex sua natura sunt latissimum omnium restituum denotantur: ita divitiae sunt vitiorum receptaculum, & sedes &c. Deinde observare Christiani, quod caelestis Pater Familias deficientibus convivis iussit pauperes, caecos, ac claudos introduci. Sed quare, si claudi, si caeci, si debiles sunt, quomodo tam cito comparare poterunt? Respondet S. Ambrosius, in Luc. 14. Qui vocati sunt ad coenam, & prius notabile sanavit

100. En quam ardens sit liberalitatis desiderium miracula facit, ut habeat miseris beneficendi occasionem; quin imo hanc ipsam in finem praecipit famulus, ut etiam volentes comperlegent intrare.

Proinde homo Christianus studet contrariis virtutibus.

2. Propositio. Jam praemisit his observationibus quid cocludo? Audite quid! Eginus hactenus de qualitatibus, damnis, ac poenis avaritiae; jam exigit ordo materiae, quae nobis praesentibus, ut & de contrariis virtutibus mentionem faciamus! Quam virtutes contrariantur avaritiae? Iustitia, liberalitas, & contemptus rerum temporalium. In his certe consistit prudens administratio divitiarum, qua perniciosa sunt, nisi cum his virtutibus conjungantur. Explicemus, quae hac ex parte explicanda sunt. Attendite! Favete.

S. I. Ubi iustitia.

Confirmatio. Primo, avaritiae repugnat iustitia, seu iusta virtus, quae iuxta Imperatorem Iustinianum est consensus, ac perpetua voluntas iustitiam cuique tribuendi, consequenter illi eadem virtus, quae omnes dolos, fraudulentias, & lesiones proximi, & iniustas descendit artes canis & angue pejus odit, damnat, & averstat. Et denique haec ipsa virtus, quae concessa a Deo divitias debito, ac competenti modo, hoc est ad alendam familiam, ad dotandos liberos, ad expungenda debita ad solvendo operarios, ad remunerandos bene meritos, convenienter distribuit & administrat. Maneamus in orbita, & videamus, ad quid homo Christianus intuitu divitiarum, quas possidet, vel non possidet, obtrahatur.

4. Hinc in finem notanda sunt duo principia. Primum est, quod Dominus Deus homini abundantes hujus saeculi divitias non aliam in pauperem conferat, quam ut illas ad Dei gloriam, ad fenum levamen, & propriae salutis incrementum impendat. Sicut mare omnium in fontes ac flumina distribuit, ita divites affluentem aurum possidet, ut illo egentibus, famentibus, ac miseris succurrat, atque sic, prout loquitur Salvator, l. 1. Joann. 12. Dei opus temporarium bene utendum faciat sempiternum. Et hic divitiarum finis ac scopus plane non est voluntarius, sed prope sentiant & loquantur plerique factorum Patrum, de iustitia & aequitate obligatorius: Cum mundi Redemptor in Bethania coena, quam Martha ei praepraverat, accubuit, venit Magdalenae angenti pretiosi unguenti, atque capillis capitis illi extertit. Factum autem, mysterium resurrexerit, ait hoc super te sanctus Augustinus, tr. 50. in Joann. per libram unguenti intelligitur iustitia, per capillos intelligitur divitiarum superflua, per pedes Domini intelligitur pauperes: si itaque mi homo, superflua, id est pas-

possessione ac dominia comparavit? Necspithamam terram, quam imo versus Israelita & filio Jacob mortuus precepit, ut corpus suum ex Aegyptio in terram promissionis transferretur, quod & factum est. Miratur Rupertus in Gen. 46. generosam indolem, & querit: Quid est, quod Sanctus Patriarcha in Aegypto, quae hujus mundi symbolum est, nec vivus nec mortuus esse voluerit? responderet autem sibi ipsi: *ut ostenderet nullam regionem justis, nisi in futura terra promissionis haberi.* O utinam sanctissimi juvenis exemplum homines Christiani emulari, & inordinatum animi affectum a perituris mundi crepundis, quibus plus nimium agglutinati sunt, avellere studeant? profecto per hanc virtutem signum eederent, quod sine veri Israelitae, hoc est filii electionis. Mi Christiane, quid amas in hoc mundo? Divitias, inquis: sed ecce sunt res vilis ac contemptibilis! Christus Dominus (Matth. 9.) non sine mysterio per lutum caeco nato vitium restituit: lutum enim ejus oculis inposuit, ut omnia in mundo lutea conspiceret, & conficiendos contemneret, prout loquitur frenasus (hic). Mi Christiane, quid amas in hoc mundo? Divitias, inquis: sed ecce! sunt res fluxa, transitoria & inanis! Regius Psalmista de quibusdam viris divitiarum ait, (Ps. 75.) quod dormierint somnum suum, & nihil invenerint in manibus suis. Ita & tu, cum aliquando a fallacia hujus vitae fomio per mortem evigilaveris, nihil invenies in manibus tuis, de omnibus divitiis, quas possidisti, nec terantias tibi remanebit. Mi Christiane, quid amas in mundo? Divitias, inquis: sed ecce! sunt res molesta, afflictionibus ac tadis plena; jure merito comparantur spiniis; (Luc. 8.) sicut enim spine quantum artibus manu stringuntur, tanto dolorosius pungunt; ita divitiae quae avidus apprehenduntur, eo majores molestias creant: percipe quid hanc in rem Cardinalis Hugo in Psal. 31. asserat: *Spina sunt divitiae; pungunt per laborem dum acquiruntur; pungunt per timorem dum possidentur; pungunt per dolorem dum amittuntur.* Mi Christiane, sed, quid amas in hoc mundo? Divitias, inquis: sed ecce! sunt res exigua & inutilis! De Ludovico II. Galliarum Rege narratur, (Marchant. Tab. Sacra. l. 11.) quod cum Turonis ageret, aliquando dissimulata persona culinam accesserit, ibique puerum, qui veru ad ignem vertebat, interrogavit: Quantum lucraris annuatim? puer ignarus cui loqueretur, & respondit audacter: Lucror tantum quantum ipse Rex! Miratur Rex pergebat interrogare: Quid ergo lucratur Rex? Et iterum puer: Victum, & amicum, tandumdem & ego! Delectatus Rex responso sic dicitur postea illum evexisse ad honores. Puer & tibi dico, mi Bone, quantumcumque thesaurorum congreges, plura tamen non possides quam victum & amicum: cetera tua tua sunt, sed aliis cedunt.

12. *Epistola.* Quare agis, ut vere ac serio intelligas, has mundi purgas non esse dignas, ut is immortalis animi aeternum alliges, confide-

ra finaliter, quid Alexandro Magno totius orbis possessori contigerit, (Plutarchus in Alex. Mag.) Audiens forte a Democrito Philosopho, plures mundos esse, in gemitus & lacrymas erupit. Qua de causa? quia cum unus orbis ejus cupiditati non sufficeret, inopem se arbitrabatur, nisi & ceteros possideret. Sed infatiabilis ingluvie opportune occurrens Philosophus supinum se instar cadaveris in terram projecit, & non sine sale edixit illi: Mi Rex, est infinitos mundos sub domino haberes, tandem plus telluris haud tibi supererit, quam quantum visus hoc tantum occupare. Mi Christiane, hoc Philosophi monitum frequenter ac sincere perpende: Ponas tu te tam divitem esse, quam illum Pythium (Monoch. vers. 12. 132.) qui Persarum Regem Xerxem una cum toto illius exercitu, qui duobus armatorum millionibus constabat, ad prandium invitavit. Ponas tu te tam divitem esse, quam Crasum Consulem, (Monoch. lib. 4.) qui culisbet hominum & Romano populo (qui inerat ejus numerum?) triginta argenteos dono dedit. Ponas tu te tam divitem esse, quam Salomonem, (Monoch. cent. 3. cap. 30.) qui ultra bis mille, & trecenta auri talenta annuis redditibus recipiebat: Nihilominus ex omnibus thesauris, auro, argento, gemmis, sylvis, pratis, agris, & latitudinis nihil tibi, praeter septipedalem solum remanebat: hac frequens cogita, & dices avaritiam spernari, dices justitiam, liberalitatem, mundi contemptum, aliasque virtutes amare & exercere. Amen.

Dominica III. post Pentecosten.

CONCEPTUS CIV.

De damnis luxuria, qua casus in bonis formae, corporis, & animae.

Congratulamini mihi, quia inveni orem meam, quae perierat, — & drachmam quam perideram. Luc. 15.

Justitiam rei temporalis valde affligit.

1. **D**ivitis Mundi Redemptor gemina hostia ei Evangelii parabola aperte insinuat, quam male hominem, etiam ceteroquin factis locupletatum, rei familiaris jactura affligit. Homo iste, etsi nonaginta novem oculos possideat, tamen pro centesima, quae perierat, per avia & invia currens fatigatur & sudat: Mulier est novem drachmas in oculis habet, pro decima tamen, quam perdidit, lucernam accendens totam domum everrit. Quare? quia minus est luctus in amissione rerum, quantum in recuperatione earundem est gaudium: *Congratulamini mihi, quia inveni.* (Luc. 15.) Cum igitur post abjectionem avaritiae materiam, & deinceps de luxuria, ejus indole, effectibus, & damnis ac penis locuturi simus, non possum meo iudicio hoc vitium effectibus damare, quam explicando, quam enormia damna homini irrogat. Quamvis tunc damna? Notandum, hominem in hoc mundo quadruplici bono frui, videlicet bonis formae, bonis

for-

fortuna, bonis corporis, & bonis animae. Bona formae sunt temporalis honor, & nominis existimatio per ingenuam & honestam conformem vitam impetrata, etque donum tam excellens, ut cum vitae patri passu ambulare dicatur: Propheta Jonas contra Dei mandatum refractarius recularit Niniivitis interitum denunciare: qua de causa Respondet Theodoretus, ap. Paciuchell. in Jon. T. 2. lect. 4. n. 1. quia metuebat sui honoris lesionem; (sciens enim praegravem Dei Misericordiam non dubitavit Niniivitas iratum Deum placaturus, & sic non secuta urbis eversione se pro profeta vocari mandatum. Bona fortune sunt opes terrenae justo titulo acquisite homini ad sustentationem necessarias, quae sicut Dei donum sunt, ita prudenter amant, & ad fines honestos conservari possunt. Appetentes pecuniam errorum a se: (1. Tim. 6.) ecce! non dicitur possidentes, sed appetentes; quia non in possessione, sed in cupiditate malum est. Bona corporis sunt valetudinis & membrorum omnium optime disposita integritas, de qua Ecclesiasticus c. 30. Non est casus supra casum salutis corporis; quibusvis enim sapit, corporis sanitatem pro integro regno non habet venalem. Denique bona animae sunt amicitia seu gratia Dei, quae homo Divina confors naturae, prout loquitur Apollolorum Princeps, (2. Petr. 1.) & anima sancta, iusta, dilecta, beneplacens Deo, paradisi Gratioris, sponsa Redemptoris, Spiritus sancti habitaculum, Trinitatis tabernaculum, & Divinitatis sanctuarium efficitur.

Igitur suscipienda est luxuria, quae bona forma destruit.

2. *Proposito.* Hac autem bona omnia pessime ledit, destruit, ac pessimum peccatum luxuria: an possit fingi majus damnus & jactura peccatoris luxuriosi? Dubitatis de hac veritate? Ergo lubet eam punctatim demonstrare, facem mihi praesertim Eusebio, episc. ad Damasc. qui hunc ipsam in sensum de pudendo hoc sceleris ait: *Famae denigrat, masculinum evocat, corpus debilitat, iram Dei provocat. Attendite! Favete.*

§. I.

3. *Confirmatio.* In primis peccatum luxuria destruit honorem, ac boni nominis existimationem, hominemque contemptibilem reddit. Sicut temulentus hauri firmos agens gressus, cum in lacunam incidit, & tota veste sordidatur, omnibus risu fit, ita qui in turpium voluptatum luto volutatur, utar de cetero corona aut purpura fulgeat, deficiat, & tanquam mancipium suae concupiscentiae nauci reputatur. Sacer Proverbialtes, ubi fuisse instruit hominem, quanta sollicitudine mulierem impudentem delectare debeat, inter alia motiva & hoc adjungit: *Ne des alienis honorem tuum.* (Proverb. 5.) Quid vult dicere? dilucidemus verba sacri textus per commenta Poetarum: gentiles suum lovent, quamdiu virtutum moralium decore florebant, Deorum omnium Regem proclamabant: at postquam impure amaverat Regis Agra-

noris filiam, eum in taurum transmutatum per sylvas discurrens fixerunt. (Pensfeld. Ethica symb. 16.) Sed quid opus est fabulis? impudicus genealogiam Christi a Mattheo descriptam: ibi progenitores Christi Domini nominatim enumerantur, excepta Bethsabe, de qua dicitur: (Matth. 1.) *David Rex genuit Salomonem ex ea qua fuit Urta.* Cur autem nomen illius substituerit? propter luxuriam crimen, quod cum Davide commiserat, ex quo famam omnem adeo amisit, ut ne nominari quidem digna videretur. Advertis modo, mi Christiane, cum Regum sapientissimus per impudicas mulieres honorem prodigi ac perdi affirmit? nimium ideo, quia multum antea ab omnibus amati ac honorati, per libidinem, ita omnem amisissent existimationem, ut saltem haecorum & molurum fuerint despecti. Audiamus hoc super asserto expositionem Janesii Gandavensis Episcopi, in Prov. loc. cit. *tutor bona, quae ibi perierunt, primam omnium honorem, hoc est famam, & nomen, quod natus est, quam divitiae multae.*

4. Neque putes, mi Bone, te adeo artificiosum esse, ut simulata virtute spurca tua commercia tegere, & omnem hominum suspicionem facile amoliri vales; actum agis! Postquam Esau jus primogeniturae, & paternam benedictionem perdidit, decrevit secum ipso fratrem suum Jacob data ultionis occasione interficere: & ecce! nunciata sunt hac Rebecke. Sanctus Augustinus l. 2. in Gen. c. 81. vehementer admiratur hanc nunciationem, & querit, quis ergo cuncta consilia Esau audierit? profecto nemo; cum Scriptura expresse testetur, quod ille tantum in corde suo (Gen. 27.) machinationem fratris mortis conceperit. Igitur putat Sanctus Doctor Rebeckam ex Divina Revelatione fuisse certificatam. Verum Abulenfis in Ion. 27. q. 81. aliam tenet opinionem, inquit; non esse hominum quemquam sub sole, qui non intimum aliquem amicum habere, & cujus arcana cordis consilia communitet; sic ergo cum Esau mentem suam aperuit uni, iste revelavit alteri, alter tertio, donec res fuerit delata ad Rebeckam. Doctissimus Mendoza Fer. 4. post Dom. 6. Quadr. necdum approbat hanc expositionem, dicitque, nonne fanguinolenta proditio erat peccaminosa? fuit utique? Ergo nec revelationibus Dei, nec conditionibus amicorum opus erat, cum peccatum seipsum prodar, & tegi nequeat. Applicata, mi impure, tibi ipsi hanc doctrinam: putas te tua astutia totum adeo delitescere, ut nemini suspicionem mali movesas? fed fallaxis: scit Deus, scit Angelus Custos quid agas, possunt si volunt, alii te revelare: scit criminis nimis incauta est: ipsi frontis oculi, ac facies tua meticulosum aliquid praesertim, tanto loquacior sit vitiosa, & hac etiam tacente clamabit lapis de pariete, & ligum de juncturis adiciorum. Sicut ignis celari non potest, quod fumo se prodit; ita nemo fuit inventus hactenus,

reddi. Tu igitur cum mundus, cum caro, cum demon obsecras huius vitii voluptates tibi offert, despice illas, & responde cum Demothene: *Non tanti cura pœnere; (Lacti. de Vir. Philoſophorum.)* Desipit, quicquid ob inane ac momentaneam voluptatem, famam, opes, fauitem, ipsamque Dei gratiam prodigit. Amen.

Dominica IV. post Pentecosten.

CONCEPTUS CV.

De peccato luxurie, eiusque initio, progressu, & fine.

Per totam noctem laborantes nihil cepimus.

Luc. 5.

Voluptates carnales nihil sunt.

Liceat mihi, sancte Apostolorum Princeps, hæc tua verba: *Per totam noctem laborantes nihil cepimus:* licet, inquam, hæc verba intelligere in alio sensu, videlicet de peccatis noctu & in tenebris fieri solitis, de galibus in cathedra agimus, Etiam, quod honorat luxuriosus in servitute demonis gravissime laborat, adeo innegabile est, ut eisdem pronuntiaret æteræ veritatis oraculum: *Quid facit peccatorum servus nisi peccati? (Ierem. 2.)* Quanta autem sit infelicitas hominis, qui ad servitutem, ac mancipium peccati, præsertim luxurie devenit, patet primo ex eo, quia servus tanto est contemptibilior, quanto vilior est Dominus, nempe concupiscentia. (*Segn. Matthei 16. Jan.*) Secundo, quia alius quidam servus sua fidelitate, ac industria potest sperare libertatem, prout Iosepho, Eldæ, Danieli aliisque contigit; ac peccator, quo fidelis servus concupiscentia, eo magis aggravat suas catenas. Tertio, quia alius servus cum patitur corpore, potest auxilio virtutis gaudere animo; ac peccator longe plus animo, quam corpore patitur, propter flagellum male conscientie. Sed quid tandem ex decumano carne adeo nihil sunt, ut Psalmista David eas comparet *formicæ surgeniæ:* (*Psalm. 73.*) somnium dormientium habet suam delectationem, quamdiu durat: at formicum surgentium afflictio est, ait Doctissimus Leobbeus, de peccat. 1. 2. propol. 4. quia surgens agnoscit fuisse meram deceptionem. Quin imo voluptuosus non solum nihil lucratur, sed plurima perdit: perdit famam, perdit fortunas, perdit sanitatem, perdit animam, perdit Deum, perdit beatam æternitatem! Scitis cui rei voluptas carnalis mihi similis videatur? Lacus est in Burgundia, (*Mareator in Atlante*) cui a varagibus nomen, mirum naturæ ludentis opus; cum enim futura est serenitas, in superficie aquarum fit limus, qui adeo durefcit, ut conitiones esse videatur, cum tamen audacter supra limum ambulaveris, repente subsidit, & te in abyssum demergit. Eundem in morem deceptorum est voluptas limosa; si ingrederis, aliquandiu est sustinet; si pergis, ritabat: si pervertes, absorbet. O utinam Dominus Deus infelicium

peccatorum oculos aperiret; ut agnoscerent falsam obsecra voluptatis! o quam cito mundus reformaretur!

Et peccatum carnale, malum est initio.

2. *Persepio.* Vis plura, mi Christiane? Age consideremus foedissimum huius peccati initium, progressum & finem! Est operæ pretium, ut ad concipiendum implacabile odium contra hoc scelus bene perspiciamus, quo initio sese insinuat; quam terribiles effectus in progressu paratur; & quam luctuoso exitu in fine coroneur. Deus det verbis meis efficaciam; vos autem attendite, & Favete.

§. I.

3. *Confirmatio.* In primis turpissimum luxurie scelus sæpe initium ducit a levi quadam familiaritate, que cum ad invitationes inter diverſam sexum, & mutuas visitationes exercebit, facile etiam ad obsecra sternit. Christus Dominus, cum Apostolos ad predicandum Evangelium emisit, diserte illis prohibuit, ut neminem in via sibi obvium salutarer: *Neminem per viam salvaveritis. (Luc. 10.)* Et quare hoc? an ergo Dei Filius discipulos suos rusticam urbanitatem spirare voluit? Quis quidem non, ait Theophylactus in Luc. 10. sed quia probe novit eiusmodi salutationes nonnunquam prolixo colloquio esse occasionem, noluit suos ab Apostolice muneris executione impediri. *Ne occupentur in salutationibus hominibus, quibus impeditur.* Salutatio exigit responſionem, responſio dat salutem ad colloquutionem, colloquutio ad familiaritatem; ex qua familiaritate deinde paternitatem, & ex qua paternitatem deinde paternitatem plurima mala consequuntur. Apertius ovium nocivum non foret, si semper maneret ovium, verum si modico calore foveatur, fit aspis: ita modica familiaritas, utat esse pondam dannabilis fit, ramen sensum sine sensu ad damnabilia peccata perducit.

4. Neque refert, id genus familiaritatem esse initio laudabilem ac piam: etiam pietas vitium est, quod corrumpitur, & in ætuum tanto fortius transit, quanto antea fuit generosius. Patipharis uxor quotidie fere *non male adoleſcenti:* (*Genes. 39.*) sed quomodo moleſta? Linconiensis ap. Barz. ferm. 58. n. 41. ait quod sub specie pietatis illum invitaverit, rogavitque, ut sibi vere Religionis documenta explicare veller: *Suadet, ut Religionem suam, cuius sumpe Dei sui edoceret. Verum castissimus juvenis, qui stygit veteratis alius fati persequi erant, venire recusat.* O bone juvenis an non ex voto tibi fit, hæc animam a gentilitate tenebris erere, & Deo lucrari? Age, colloque te! Abit hoc a me, ait prudentissimus Joseph! later anguis lux herba; quamquam enim initio non nisi discursus pui a falantibus nobis forent de Deo, de Dei cultu; de remediis salutis, aliisque rebus ad animam pertinentibus; tamen successu temporis subreperet foemina, que moi

amore teneret, fuisse affectus, quo possem ego inter blandimenta, ac promissa pessime depravari, & in æternam animam ruinam præcipitari. Ita iudicavit sapientissimus Joseph, & quidem optime; quia teste Gregorio Nazianzeno, orat. 20. de S. Basil. cum quis sanus ægrorum invenit, *faciliter est morbo alieno infecti, quam sanitatem largiri.* Vah! nostra conventicula & discursus sunt proſus innocentes, caleſcunt amore Dei & proximi! Omni Christiane, neſis adeo ineptus! etiam vapor; ex quo salma fit, calidus est; & tamen in lapidem coaleſcit; quo turres ac moenia sternuntur: Parem in modum ex levi discursuum vapore novit infernalis inimicus lapides, ac fulmina eudere, quibus ruina animarum, publicum scandalum, dedecus familiaris, & periculum totius domus promovetur. O quisquis lux salutis est cupidus, hæc in re fit timidus & circumſpectus.

§ II. *Peius in progressu.*

5. Quod peius est, luxurie peccatum post constatam levi initium, in progressu fit focundum, & pestima monſtra scilicet deformiora generat. Quanam sunt ea monſtra? ante omnia est animi obstinatio, que depravatos homines scelere homo haud fecus ac si rationem amittit, omnibus remediis, & quibuscumque horitionibus resistit: habet ab experientia, pia monita amicum & familiarium non esse nisi factus malleorum, quibus incudes magis induratur. Narrat Lucianus T. 3. conc. 36. n. 5. de quodam impuro foratorre, quod adulterii convictus gravi multa pecuniaria taxatus fuerit: Paulo post ejusdem criminis reus acriori, quam antea, poena punitus est. Incolam reſcivit; post aliquot annos, ubi pendenda nequam facinora in lucem venerunt, iste quoque complex reperitur, & criminali processu postulat; parum abuit, ut carnis gladio fuerit decapitatus: verum familiaris intercessionis, & ingenti auro redemptus, jurisjurandi Religionis sese obſtringere ad emendationem, vel ad capitale supplicium debuit. An emendatus est? Nihil minus! lapsu modici temporis de stupro ac repetitis adulteris accusatus, in carcerem datus, & ad mortem condemnatus fuit. Adeoque confirmatus infelix iste, quod alius huius infirmitatis confessorio hortanti reposuit: (*Drextis in Salamo.*) Pater si portus interſimili aperires, & demones ad capiendum me paratos offenderes, non possem me ab hoc peccato continere. Quin imo tantum abest luxuriosus emendari, ut si forte alios sui furoris turpiter cedidisse naufragi, tacite latentur, atque ex alterius fuligine seipſos dealbare contendant, dicentes: non sum solus, aut sola, non fui prima, nec ero ultima! cum Rex Saul misere obit, lamentatus Rex David præcepit: (*2. Reg. 1.*) *Nolite annunciare in Geth, - no forte exultent filii chreumifſorum, vult dicere, infortunatam mortem supprimendam esse silentio, ne gentiles ex ejus interitu latitiam capiant.* Eundem in

morem ajo, omnino optandum esse, ut impura peccantium facinora nunquam in locum protraherentur, ne impuri, qui ex lumini lapsu famam perdidissent, solamen & gaudium referant. Ergone gaudium referant ex aliorum lapsu? utique! sunt similes fucus, de quibus Roterodamus, in similibus fucus in aquis dulcibus alas ademeris, & in alveum rejeceris, is cæteris item fucus alas morſu abripit, scilicet carbituratus, si & alios idem infortunium premat.

6. Porro peccatum luxurie depositum ad apostasiam a fide, cum enim obstinacis spreſis aliorum consiliis, monitiſque sibi soli sapit, proxime in eo est, ut etiam Divina coeternus Balaam e Rege Moabitaram Balæ accensus, propoſitoque auri liberalis premio rogatus est, ut populo Iſrael malediceret; fecit Balaam, qui rogatus est, sed sine effectu, quia populo veri Dei cultori nihil poterit nocuere interesse. Quare conſultit Regi, ut ornatas & impudicas mulieres in castra Hebraeorum immitteret, quo oculos, & animos eorum raperent: Quid evenit? *Fortis est populus cum filiis Moab, que vocaveris eos ad sacrificia sua. (Numer. 25.)* Ohe! metuo, ne a luxuria in graviora peccata incidant? Et vero incidunt, subneciente Scriptura: *adversarios Dei carum.* En quomodo luxuria ad apostasiam, & hæresin perducatur; ideo habet ab experientia, luxuriam fuisse & esse causam potissimum, cur multi a fide deficiant, & nova pravitate dogmata commenti adversus Deum cervicem erigant, id quod optime agnoscent Joannes Fischeus Episcopus Rodensis, ap. Corin. 2. L. in Matth. 7. n. 16. qui cum Thoma Moro in Anglia Martyr occubuit, cum videret infidelis deſormationis tempore Sacramenta profanari, sacrosanctum sacrificium aboleri, sanctos contemni, vota violari, templa comburi, sacros Canones irritari, sacras Virgines corrumpi, probos eliminari, impios exaltari, & alia nefanda fieri, libere edixit: sic fit! *Livido est mater hereseos, aque assidua;* (*Marci. 6.*)

7. Uterius hæc focundissima scelerum mater gignit inhumanam crudelitatem: Exemplo fit læciva incestuosæ Herodiadis filia, que cum in pramium lux salutationis optionem haberet quilibet, etiam diamidum regni, ab Herode petendi, petiit in disco afferri caput captivi Joannis, ita ut admirandus exclamaret Chryſostomus, Hom. 49. in Matth. *Quasi de lapidibus laporetur, sacrum illud caput afferri possit.* & *absque ratione aliorum admittuntur honorati contemti.* Nova ejusmodi Herodias fuit Ottonis III. Imperatoris conjux; (*Baron. ad ann. 998.*) cum in Italia conſueſſet in comitem formam percherinum, sed vita castissimum, invitavit cum ad nefas: verum cum passæ effe repulſam, accuſavit eum de perterata pudicitia: Otto Imperator vehementer indignatus fidem adhibuit calumnioſe delatrici, abſque ulteriore disquisitione comitem capitis damnavit. Peccato supplicio cum innocencia occisi coram iudicibus

esse probata, Imperatrix flammis exulta in pœnem fuit.

8. Quid quod luxuria etiam ad magiam & atheismum perducit. Nunquam observastis, quid in nostra mola ferraria contingat? ibi prægrandis arbor ad scindendos aëres preparata ex alveo fluminis in molam trahitur: a quo? a rota dentata, quæ lentissime circumagitur, & vix singulis minutis truncam arborem viciniam ad ferram trahit: tarde res conficitur, sed tamen tandem conficitur. Sic in luxuria semper itur in pœnem, ab uno crimine ad aliud deterius sensum gradus fit; mens enim libidine effera, ut vestitis voluptatibus quali betet via fruatur, ad incantationes, & dæmoniacas artes configit! sic narratur in Galliis (Rom. mo. 1472. num. 30.) Guilielmum Edelinum inter Theologos emeritum, Priorem S. Germani in Laya magice impietatis crimine a censoribus fidei damnatum esse. Is ob laxatas libidini habens in tantum scelus se lapsum esse confessus est, ut illustri foemina amoribus potretur ope dæmonis, qui cum ad Magicorum cotum perduxit, ubi etiam cacodæmonem sub specie arctis aravit. Terribillius est, quod Delrio lib. 3. Disq. Mag. part. 1. qu. 2. in Hispania contigisse enarrat. Magni Nominis Concionator (pro ingens pudor! etiam illos incidere in hoc vitium, qui illud ex officio detestari tenentur!) Magni, inquam, Nominis Concionator familiaris erat cuidam nobili, sed castre foeminae: hanc cepit deperire, nec diu ignem fovit occultum, sed mulier aperit animum, & flagitium nititur persuadere: illa Deo fidelior seniora illi suggestit consilia, sed hoc ipso oleum flammæ adiecit. Tandem satur, ac pertaâ molestarum, quas fere quotidie patiebatur, statuit se ulcisci, & rem omnem marito pandit. Huius iussu certum tempus addidit sollicitatori, venit iste nocte operata, & addicta: sed maritus cum aliquot famulis excubiis agebat in proximo conclavi, nebulonem insigniter armis, & verberibus excepturus. Adest ergo seculari habitu, gladio & pugione accinctus, sequitur matronam in cubiculum præcedentem: ibi veterem cantilenam repetit, cumque mulier verbis more solito rethoretur, vim parat, & in tenebris audacior. Ergo mater exclamavit, & conductum cum marito signum alta voce enunciat. Verum nec maritus, nec quilibet aliorum respondet. Anxia illa vim vi repellit, arma muliebria, ungues & dentes stringit, sed incautum. Cum inter luctandam matrona pugionem advertens, hunc eripit, improbo in pectus immergit & vitam admittit. Collapsa cadavere accurrit in conclave marit, quæsitura, cur se in periculo deseruisset? & cheu! invenit illum una cum famulis humi jacentem, ac mortuus, quam vis in similitudinem. Glamat, vellêcat, trahit: at illi consopiti permanent. Suspicata id maleficium fieri, nec opem aliunde sperans cadaver occidit domo effert, & una cretæno pugione in plateam

abiecit. Interim nocturni vigilas in cadaver inclidunt, in carcerem efferunt, a sanguine lavant, & concionatorem agnoscunt. Quid fit? summo mane Prætor urbis, silentio vigilibus indicto, pergit ad cenobium, evocat Priorem, jubet omnes de conventu adesse, tanquam de re magis momenti tractaturus. Adstant omnes, excepto concionatore, qui cum quærenter in cubiculo non respondit. Ingressur Priorem cum Prætor in cellam, & ecce! inventum exconcordentem, ac oblate lucentem, in camino desquam: extinguunt illum, & eo momento in domo tentata uxoris exasperatus est sopitus Nobilis, & una cum uxore paulo post in cenobium advenit. Tum eninvero Prætor enarravit omnia de invento cadavere, illudque in carcere ablatum ad profanam sepulchram promovit. En! quousque peccatum luxuriæ deveniat! non extremeficit commercia cum dæmone, ut voluptatibus, quibus inhiat, potiatur! Dicis: avertat hoc Deus, non cogito consue perverire! Parciscus itam præsumptionem! cum hodie incooperandis impuro amori te dare, cras perrexeris, pererandis non penitueris, poteris post triquadam eo delabi, quod hodie non cogitas!

§. III. Et pessimum in fine.

9. Vidimus iactum luxuriæ, vidimus progressum, sed quis tandem finis? Respondeo, finis est miserabilis tam corporis quam animæ interitus, ita, ut nulli peccato inferni porta tam late pateat, quam luxuriæ. Dominus Deus in Veteri Testamento præcepit, ut puerpera, quæ paupertate agno offerendo par non esset, duas turres, aut duos pullos columbarum (Lev. 11.) ad altare afferret: ubi præcipue admiror, quod Dominus Deus pullos requirit, & per conficiens seniculas columbas ab oblatione excludat. Quæ obsecro causâ hujus præceptionis? Nonne columba felle carens est picis ac manufactus huius symbolum? Nonne columba tempore diluvii tantum olive vrentibus solis portans fuit placati Numinis intermedium? Nonne columba gemitibus gaudet, & vere penitentem præfigurât? Vera sunt hæc omnia! sed melliculus Bernardus ferm. 59. in Cant. aliam rationem assignans ait columbam ab altari excludi, quia libidinosa avis est, non deest offerri in sacrificium Domini, singulis mensibus pullos excludit; igitur oportuit columbam eligere ea statu, quæ nescit libidinem. Ea quam exosi, & execrabiles sint homines libidinosorum Deo, quorum ne quidem symbolum ad altare admittit, ne illud contaminarent. An putas id genus peccatores ad altare gloriæ admittum iri? Abit! Resciantur inter vultures & cervos crociantes! Peribunt!

10. Non opus est, ut Scripturam fatigem, asseramus unam aut alteram horum, huius veritatis testem! Scribit Cantipratanus, lib. 2. Apum. capit. 30. numer. 9. de iuvene, quod lupo in libidinis vitium secum ipse Lupus, illud quidem per tempora in confessionibus detesta-

detestatus, sed iterum relapsus fit. Tandem facer contentis arboriter recuavit illi sacram absolutionem impertiri, eo quod non firmum satis haberet propositum. Et bene! quis enim credat illum sincerè agere, qui cras reiterat, de quibus hodie doluit? Juvenis flexis genibus oravit, ut hac vice absolveretur, provocans in se Numinis vindictam, si recidivus fieret. Sic absolutus recessit cum gaudio. Sed paulo post factæ promissionis aut immemor aut fœdistragus peccatum, quo damnaverat, repetit. Et quid factum? repentinis doloribus obrutus, loco quod Dei misericordiam implorare debuisset, horrendum ejulans exclamavit: vindicta Dei super me! & simul infelicem animam evocavit. Narrat S. Gregorius inlambem quandam virum, nomine Reparatum, post mortem subito, non sine horrore presentiam revivisse, & in feretro sedentem petiisse, ut cito mitteretur nunciûs ad Ecclesiam sancti Laurentii in Damaso, visurus, quid rerum ageret Tiburtium Presbyter. Notandum autem hunc Tiburtium sui status ac voti pessime oblitum, non sine scandalo totius Romanæ urbis libidini vacasse: absente igitur nuncio perrexit reviviscens Reparatus, narravitque, se in alio mundo vidisse regum ingentem, inflammatum, & solibus, pice, resina, aliisque nutrimentis animarum, cumque vehementer pertimesceret, adductum fuisse Tiburtium, atque non sine timore ejulati in ignis voragine injectum. Ita locutus in feretro dento mortuus recubavit, nunciûs autem retulit, Tiburtium ea ipsa hora subito satis confessisse, ex quo patuit, quam atrociter Deus peccatum libidinis, præsertim in homine Ecclesiastico æternum puniat. In Archiepiscopata Colonienâ, ait Casarius Hieserbaecensis, mirac. l. 24. c. 99. ancilla quædam pietissimæ, cui famulabatur, Domina exemplo adeo non fuit edificata, ut satis vana, & valde secularis compluribus vitiis, præsertim libidini vacaret: fuit impudens, fuit prociac, fuit scandalosa, totumque ejus negotium & occupatio fuit videre & videri, amare, & amari, atque in plateis, in consortiis, in popinis, in choreis circumvagari. Deus autem ex suæ misericordie abyssovoluit miseram corrigere, eamque nocte una somniantem ad Divinum tribunal citavit. Vidit anxia & trepidans ancilla Angelorum, Apostolorum, Martyrum & Confessorum turbas circumstantes, vidit infelices animas in inferni brachium præcipitari, vidit stygios apparitores jam sibi imminentes: ergo prociada humi manus tendere, orare, emendationem spondere! Sic inducias dedit Judex, & misera excussio sonno ad se rediit. O eremi! O Sylvarum ac rupium recessus, gaudete; habebitis novam Magdalenam, novam Pæidem, novam Pelagium! Non erro! ancilla enim vix algidos sudores abstergit, cum ecce perrexit ad personam devotionis spiritu perquam celebrem, riqûe somnum enarravit. Illa reposuit, non tam fuisse somnum, quam Dei monitum, quo

illam ad scandalosæ vitæ emendationem, & poenitentiam pertrahere vellet. Anxius ancilla, & vitam ad pietatis normam coordinat: sed quædiu? Haud diu; quippe paulo post recruduit voluptatum fames, & illa, fomai potentis insuper habitis de die in diem in pejus abiit. Non acquievit Dei vindicta, punivit miseram repentina ægritudine, Medici clamant, amici admovent, ut animæ curam habere; sed illa elusis monitis subito expiravit. Cadaver in atrio expositum a canibus ex omni parte concurrentibus e tumba erutum egre potuit terræ mandari, auditumque est in zibus nuntia tam infelicem canum ululatus, ut nemo dubitavit, infelicem animam infernalibus lupinis prædam cessisse. O bone Deus! quam peritiam & incorrigibile malum est luxuria, quod etiam terribili Divini iudicii prodigio non potuit emendari.

11. Epilogus. Tu vero, mi Christiane, quam chara tibi salus est, tam sollicitè fuge ac declina hoc malum, quod blandum quidem est initio, sed terribile in progressu, & exitiale in fine: non permittas obsecro, ut illud in corde tuo radices agat, quia necis, quod te abripiat! Personæ alterius sextus, tanquam periculorum animæ pestem extimesce, nec cum is conversare, nisi in quantum status tui ratio, & Christiana caritas exigit: non credis, quantum veniet usus incautor aspectus, una manus contractato post se relinquat. S. Antonius (Sænes Rom. Clor. p. 1. 485. 15. n. 12.) cum militem, ac militem dæmonium monstris fuit collocutus, colique tanquam imbecilles formicas sprexit ad deridit, dicens: satis apparet, quod nullius roboris sitis, quia tam multi ad me unum venitis: si quod vobis robur foret, sufficeret vel unus: & sic omnes baculo fagabat. Verum alii aliquando mulier ad ejas cellam se stitit, tunc tunc corde cohorrui, tunc sese abcondit, tunc clavem a fera abstraxit, tunc vestes & catenas obduxit. Quod dico juvenibus masculis, id multo magis puellis inculcatum volo; foemina, quæ solitudinem non amat, quæ domi se non continet, quæ in compitis & hominum consortiis apparet, proxima est lapsu! quia tanto plures, majoreque patietur infidias, quanto magis ipsa conversantibus liberata se reddit impudens suspectam. Nunquam observastis, quo signo amicos seu macheropegi suam artem prodant? ante fores domus gladium obsoletem, atrium, ac rubiginosum libi libero aere exponunt, quo tanquam signaculo indicant, ejusmodi arma, sed bella, levigata, calata & deaurata apud se in cista venalia aservari: cur ergo non gladium unum e pretiosis publice exponunt? ideo, ne pulvere, pluvio, fole deloretur, qui rubiginoso, & pervertuto illi parum, aut saltem sine damno nocent. Patrem in modum Christiana puella, si publice omnium conspectui te persequenter exponas, satis indicas, te rubiginem & impudicitie fordes dudum contraxisse: honesta ac pudica virgo in solitudine inter parietes detineatur, pro-

